Incipit prologus super legendas sanctorum quas compilavit frater Jacobus de Voragine Januensis de ordine fratrum predicatorum. episcopi Januensis

Universum tempus presentis vite in quattuor distinguitur, scilicet in tempus deviationis, renovationis sive revocationis, reconciliationis et peregrinationis. Tempus deviationis fuit ab Adam postquam scilicet a deo deviavit et duravit usque ad Moysen. Et istud tempus representat ecclesia a septuagesima usque ad pascha. Unde et tunc legitur liber Geneseos in quo ponitur deviatio primorum parentum. Tempus renovationis sive revocationis incepit a Moyse et duravit usque ad nativitatem Christi in quo homines per prophetas ad fidem revocati sunt et renovati. Et istud tempus representat ecclesia ab adventu domini usque ad nativitatem Christi. Unde tunc legitur Ysaias qui de hac renovatione aperte agit. Tempus reconciliationis est tempus in quo per Christum sumus reconciliati. Et istud tempus representat ecclesia a pascha usque ad pentecosten. Unde et tunc legitur Apocalipsis in qua plene agitur de mysterio huius reconciliationis. Tempus peregrinationis est tempus presentis vite in quo peregrini et in pugna semper sumus. Et istud tempus representat ecclesia ab octava pentecosten usque ad adventum. Unde tunc leguntur libri Regum et Machabeorum in quibus de multiplici pugna agitur per quam nostra spiritualis pugna designatur. Tempus autem istud quod est a natali domini usque ad septuagesimam partim continetur sub tempore reconciliationis quod est tempus letitie scilicet a natali usque ad octavam epiphanie, partim sub tempore peregrinationis scilicet ab octavis epiphanie usque ad septuagesimam. Et hic accipitur quadruplex temporum variatio: primo penes quattuor temporum distinctiones, ut hyemps referatur ad primum, ver ad secundum, estas ad tertium, autumpnus ad quartum, et ex eorum appropriatione satis patet. Secundo penes quattuor diei partes, ut nox referatur ad primum, mane ad secundum, meridies ad tertium, vespera ad quartum. Licet autem prius fuerit deviatio quam renovatio, tamen ecclesia omnia officia sua potius incipit in tempore renovationis quam deviationis, id est in adventu potius quam in septuagesima, et hoc duplici ratione. Primo ne videatur incipere ab errore, tenet enim rem et non sequitur ordinem temporis, sicut et evangeliste sepius faciunt. Secundo quia per adventum Christi omnia renovata sunt, propter quod et tempus istud dicitur tempus renovationis. Apocalipsis xxi: Ecce ego nova facio omnia. Congrue ergo in hoc tempore renovationis ecclesia omnia officia sua renovat. Ut ergo ordo temporis ab ecclesia distinctus servetur, primo agemus de festivitatibus que occurrunt infra tempus renovationis, quod tempus representat ecclesia ab adventu usque ad nativitatem domini. Secundo de illis que occurrunt infra tempus quod partim continetur sub tempore reconciliationis, partim sub tempore peregrinati

onis· qd̓ tp̃s repñtat ecclĩa a natiui tate usq3 ad septuagesimã. Tercio de ill⁹ que occurrit infra tp̃s deuiati onis· qd̓ tp̃s repñsentat ecclĩa a septua gesima usq3 ad pascha. Quar to de ill⁹ q̃ occurrit infra tp̃s reconci liationis· q tp̃s representat ecclia a pascha usq3 ad octauam penť. Quin to de ill⁹ que occurrũt infra temp⁹ peregrinationis qd̓ tp̃s representat ecclĩa ab octã penť. usq3 ad aduentum.

Explicit prologus sup librum de legendis scõr· et iiij· tp̃ra distinc tũ· Incipiunt capitula.

De aduentu domini·
De sancto Andrea·
De scõ Nicholao·
De scã lucia·
De scõ Thoma aplo·
De natiuitate domini·
De scã Anastasia·
De scõ Stephano·
De scõ Johanne apostolo·
De Innocentibus·
De scõ Thoma cantuariensi·
De scõ Siluestro·
De circumcisione domini·
De Epyphania· dñi·
De scõ Paulo heremita·
De scõ Remigio·
De scõ hylario·
De scõ Machario·
De scõ Felice in pincis·
De scõ Marcello·
De scõ Antonio·
De scõ Fabiano·
De scõ Sebastiano·
De scã Agnete·
De scõ Vincentio·
De scõ Basilio·
De scõ Johe
De conuersiõe scĩ pauli·
De scã paulã·
De scõ Juliano·
De Septuagesima·
De sexagesima·
De quinquagesima·
De quadragesima·
De ieiunijs· iiij· tp̃r·
De scõ Ignatio·
De purificatiõe bẽ virg·
De scõ Blasio·
De scã Agatha·
De scõ Vedasto·
De scõ Amando·
De scõ Valẽtino·
De scã Juliana·
De cathedrã scĩ petri
De scõ Mathia apł·
De scõ Gregorio· pp·
De scõ longino·
De scõ Bñdcõ·
De scõ Patricio·
De annũciatiõe dñca·
De passiõe domini·
De Resurrectiõe dñi·
De scõ scdo mr̃tire·
De scã Maria egyptica·
De scõ Ambrosio·
De scõ Georgio·
De scõ Marco ewãgel·
De scõ Marcellino·
De scõ Vitali·
De virgie q̃dã apđ antiochi·
De scõ Petro mr̃tire·
De scõ Philippo apł·
De scõ Jacobo aplo·
De inuentiõe scẽ crucis·
De scõ Johe añ por tam latinam·
De letania maio ri et minori·
De ascensiõe dñi·
De missiõe sp̃s scĩ·
De scĩs Gordiano et Epymacho· mr̃·
De scĩs Nereo et A chileo· mart·
De scõ Pancratio·
De scõ Vrbano·
De scã Petronilla·
De scĩs· Marcellino et Petro· mart·
De scĩs P̃mo et Felic·
De scõ Barnaba apł·
De scĩs Vito et Modest·
De scĩs Qrico et Jul·
De scã Mr̃ina virg·
De scĩs Geruasio et Prothasio mr̃·
De nat̃ scĩ Joh bapt̃·
De scĩs Johe et Paulo·
De scõ leone pp̃·

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF